ⰲ ⱂⱃⰰⰲⰰⰴ · ⰻ ⱁⱄⱅⱃⰻ ⰲ ⱂⱐⱅ . . .
ⰾⰰⰽⱑⰻⰵ · ⰻ ⱐⱋⰺⱃⰻⱅⱐ ⰲⱄ . . .
ⰾⱐⱅⱐ ⱄⱂⱄⱁⱀⰻⱁ ⱈⰾⰻⱁ ⰰ . .
ⰳⱁⱄ ⱈⰾⰲⰴⱅⰵ ⰲⱄⰰ — ⰰ . .
ⰳⱁⱃⰰⰲⰽⱀⰴ ⰻ ⰿⰾⱄⱅⰻⰲⰴ ⰾ . .
ⱂⱁⰾⰻⰽⰰⰸⱎⰵ ⱈⰾⱀⰻⱁ ⱀ . .
ⰻ ⱂⱃⰻⰲⱐⱄⱅⰻⰴ ⰺⱀⰰ · ⰰⰾⰴ . .
ⱍⰲⰰⰾⰴⱅⰵ ⰺⰰ ⱄ ⱀⱈ —
ⱈⱃⰰⱅ · ⰿⱀⰻⱅ ⱀⰻ ⱌⱑⱐ ⱅ . .
ⰴⱑⱁ ⱄⰾⱐⰺⰻ ⱍⰲⰻ · ⰻ ⱂ . . .
ⱅⰰⰲⱀⰻⱑⰻ ⱅⰰⱁⱀⱐ ⱈⰾⰻⱍ —
ⰹⱋⱀⰰ ⱄⰵ ⰸⰾⰵ — ⱈ . .
ⱂⰻⰸⱎⰰⰺⱁ ⰲ ⱂⱐ . . .
ⰻⰲⱀⰳ ⰵⰺⰽⰰ
. . ⱍⱐ ⰽⰴⰾ . . .

Notae. L. 1. In abbrev. Ерслме = Ероусолиме lig. лм. — L. 2 пр lig. — L. 4 habet lig. пв. — L. 6 habet solitas lig. лм, лв in vocibus abbreviatis Ероусолимь et славоу. — L. 7. хл ligantur; non autem го nec пр in l. 9. — L. 12 ligatas ostendit

Fol. Da, col. II.

Ꙗн Єрслмє радоуи се (радост)
ню велнєю · ѣко придетъ (теб)
ѣ спситєлъ · алѣ — П(с)
Іспвѣдантє се гвѣ
Дамъ в сно(нь) спсенне и в (є)
рслмъ славоу свою алѣ —
Бє бє мои — Ꙗн Гори и хл(ьми)
смѣрет се · и боудоут' крив(а)
в правалѣ · и остри в поут(и г)
ладкиє · и оузритъ вс(ака п)
лътъ спсениє бжиє а(лѣ)
Пс Блвѣтє вса — Ꙗ(н)
Праведнѣ и млстнвѣ ж(ивѣмь)
пожидающє бжиє н(адѣє)
и пришъстиѣ гна · алѣ (Пс)
Хвалѣтє га с нб —
Браͭ · мнит ни чкъ т(ако)
ѣко слоуги хви · и п(рис)
тавники таєнъ бжих —
ІꙖНꙖ Сє юже — Б(рш Глась вь)
пиющаго в поу(стини)
Ивнь егда (слиша вь)
(оуза)хь дѣл(а хрьстова).

лв; in seq. linea вд et мл in abbrev. милостивѣ. — L. 14 Abbrev. бжниє legenda est блаженниє. = L. 17 брат = братиє. — L. 17 чкь = чловѣкь. — L. 18 in lig. хви = хрьстови ligantur хв. — L. 19 бжих = божихь. — L. 22 habet ligatas гд.

Fol. Db, col. I.

1 ⰰⰿⰾⰰ ⰻⱃⰲ.
2 . ⰱⰻ ⱅ . ⰻⰵ ⰿⰾⱃ ⱅⰵ ⰴⰻ ⰼ ⰿⰾⱃⰲⰿ
3 ⱀⰰⰲⰻⰿ ⱂⱃⰻⰼⰾⱁⱀⰻ · ⰻ ⰿⰻⱄⰾ .
4 ⱀ . ⰲⰵⰵ ⱅⰿⰸ · ⱄⰲⰾⱅⰻⰿ ⱅ
5 . . ⰵⰴⰻ ⱂⰻⱄⰾⱋⰵⱀⰻⰾ ⱂⱃⰻⱄⰲⰾⱅⰻ .
6 . . ⰲⰻⱃⰻ ⱀⰻ ⱂⱃⰻⱄⰻⰿ ⰴⰵ ⱎⰵ . ⰰ
7 . . . ⰴⰻⱅⰻⰲⰻⰿⰸ ⰻ ⱎⰾⰴⰻⰽ
8 . . . ⰻⰿ' ⱂⱃⰻⰲⱄⱅⰻⰾ . . ⰻⰾⰻⰽ
9 . . . ⰱⰰ ⱄⱀⰰ ⱅⰲⰻⰵⰴⰻ ⰴⰰ ⱀⰰ
10 . . . . ⰽⰰ ⰵⰴⰽⰰ ⱂⱃⰻⰽⰵⱅ ⰻ ⱅ
11 . . ⰼⱀⰵⱅ' ⱀⰵ ⱄⱂⰵⱋⰵ ⰲ ⰴⱃⰾ
12 . . ⰾⰱⰸ ⱀⰺ ⱎⰽⰵⱋⰵ ⰲ . . ? . .
13 . . ⱄⰲⰻⰻⰱⰸ ⰱⰲⰰⰿⰾⰰ . . ⰻⱎ
14 . . . ⱅ ⱀⰻ ⱃⰰⰽⰸⱂⱋ . . ⱄⰵ
15 . . . ⰽⰻⱀⰰⱋⰺ ⱑⰻⱀ' ⱋ ⰲ ⰳⱁⱃⰲⰸ
16 . . . ⰶⱂ ⰲⱑⱃⱀⰰ ⰰⱀ ⰳⱁⱃⰻⰽⰵⱅ'
17 . ⰵⱑⰵ ⰴⰸ . . . ⰼⱂⱅ

. . . .

Notae. L. 2. ⰿⰾ bis ostendit solitam ligaturam. — Lig. ⱂⱃ occurit in l. 5, 6, 8 et 10, non autem in 15 nec 16. Lacunas textus I. Orationis (l. 2—5) supplevi ex I brev. Verbenic., eadem quoque in hodiernis brev. reperitur, ut infra dicetur; textum autem alterius Orationis, licet in plurimis Scripturae verbis innitatur, nec ex conjectura in omnibus potui supplere, multo minus textum originalem invenire. — In l. 15 occurit vox годинa, quae saepe

Fol. Db, col. II.

1 ⰲⰰ · ⰼⱃⰾⱂⰲⰾ ⰻ ⰿⱂ . . . .
2 ⰲⰾ ⰸⱄⱅⱃⰰⰾⱂⱋⰻ ⰲⱄⰰ . . .

Fol. Db, col. I.

1 алѣ ОРЦ.
2 (Оу)хо т(в)ое мл те ги к малвмь
3 нашимь приклони · и мисл(и)
4 н(а)шее тмоу · свѣтомь т
5 (во)его посѣщениѣ просвѣти ·
6 (?Сьт)вори ни просимъ ге бе (н)а
7 (ш?) . . готовомъ и благод
8 . ? . . ом' пришьстиѣ (?п)ожид
9 (ати) . . ха сна твоего га на
10 (?шего) да егда придеть и т
11 (?ль)кнет' не спеще в грѣ
12 (?с)ѣхъ нь бдеще в . . ? . .
13 . . . своихъ хвала[хь?] об
14 [?реще]т ни радоующ[е] се
15 [КЬ ГО]ДИНАМЬ ЧИН' Щ̄И В ПРВОУ
16 (НЕДѢ)ЛЮ ВЧРНЯ АН Придет'
17 [Р]ече гъ (?гвѣ) Кт п
. . . .

saepius in manuscr. brev. glagoliticis pro lat. *Hora* (pars Officii diurni) reccurrit; imo adhuc in brev. Brozić-ii. Levaković et qui post eum habent часъ; in I. brev. Verbenic. fol. 8 inveni etiam vocem: оура. Locus ille mutilus et abbreviatus legendus est: кь годинамь чин' щи в прьвоу недѣлю. — 16 Ant. ignota. — L. 17 Ps. CIX; Cap. item ignotum.

Fol. Db, col. II.

1 ца · крѣпцѣ и лю(бѣ и сладь)
2 цѣ охстраѣющи вса (поидн)

3 ⰻ ⰲ ⱀⰰⱆⱍⰵ . . ⱀⰻ . ⱆⱅ . ⰿⱆⱅⱃⰱ
4 ⱁ . . ⰰⰾⰾⱑ ⰰⰾⰾⱑ . . . .
5 ⱄⱂⱑⰲⰻ . . . ⱄⰻⰿⱆ ⰳ . . .
6 ⱄⱀⰻ · ⰻ ⱂⱁⰿⱁⱎⱆ ⱀⰰⰿⱆ . . .
7 ⱁⰵⰵ ⱄⰻⰾⰻ ⱂⱃⰻⱀⰵⱄⰻ ⱃ . . .
8 ⱑⰲⰵⱀⰻⰵⰿꙇ ⱅⰲⱁⰻⰿⱆ ⱂⱃⰻⰲⱆⱄ
9 ⱅⰲⰻⱑ ⱅⰲⱁⰵⰳⱁ ⰲⰸⱀⰵⱄⱆⱅ
10 ⱄⰵ ⰻⰾⰵ ⰲⱆ ⱅⰲⱁⱃ ⰿⰾⱄⱅꙇ
11 ⱆⱂⰲⰰⱃⱅⱆ ⰳ̄ⰿⱆ ⱀⰰⰲⰻⰿ'
12 ⱀⰵ ⰸⰰⰱⱆⰴⱑⰿⱁ ⱄ . ⱀⰰⱂⰻⱅⰻ
13 ⱃⱅ̄ⰱⱀⰰ ⰲ ⱂⱀⱃⱑⰶⰻ ⱎ̄ⱅⰻ
14 ⰳ̄ⱆ ⰻⰾⰵ ⱂⱃⰻⱅⰻ
15 ⱈⱃⰱⰰⰲⰰ ⰿⰱⰻⰵ ⰿⰾⱄ . . ⱂⰾꙇ
16 ⱀⰰ ⰳ̄ⱆ ⱄ ⱅⱁⱎⱁⱃ ⱎⰾ . . .
17 ⰵⱄⰻ ⰲ ⰾⰵⱀⰰⰳⱆ ⰻ ⱎⰾ . . ⱂ . .
18 ⱍⰱⱑⰲⰰ ⱅⰲⱁⰵⰳⱁ ⱂ̄ⱄ
19 ⰳⰹ ⱂⰱⱁⱄⰲⱑⱎⰵ — . . .
20 ⱄⰻⰹⰵ ⰳ̄ . . . . . .
21 ⰿⰵ ? . . . .

Notae. L. 1 — 4 continet finem Ant. *O Sapientia* primae ex Ant. Maioribus, quae dicuntur a die 17. — 24. Decembris eadem in I. brev. Verbenic. sonat: О прѣмоудрости ижє (sic!) от оуст' вишнаго вишла єси . докасающи от кон'ца дажє до конца крѣпцѣ и любѣ и сладцѣ оустраѣющи вса поиди в наоучени (sic) поути моудрости — sine alleluia in fine. — L. 2 habet lig. тр; l. 7 пр. — In l. 8. lig. тв et пр; in seq. тв bis lig. occurit. — L. 10 exhibet solitas lig. тв et мл; seq. iterum пв. — L. 12 ostendit ornamentum in forma cuiusdam fasciae cum iocosa inscriptione нєзабоудѣмо с(є) напити! Haec animum nobis

3 и в наоучe(ниe) ни (п)оут(и) мудр
4 о(сти) алѣ алѣ ·
5 Єпѣши (про)симъ г(и нe кь)
6 сни · и помоцръ намъ (св)
7 оee сили принеси д[а оут]
8 ѣшeниeмь твоимъ пришъс
9 твиѣ твоeго взнeсоут
10 сe ижe въ твою мость
11 оупвають гмъ нашим'
12 нe забоудѣмо с[e] напити
13 ЮТРНЯ Е ПИДАИ Е$^{т}_{и}$
14 Гоу ижe прити
15 Здрава мрие мас[ти] пль
16 на гъ с тобою бл[агословлена?]
17 eси в жeнахъ и бл[агословлeнь?] п[лодь]
18 чрѣва твоeго · Пс
19 Гъ просвѣщe —
20 Єнцe г[лаголeть] . . .
21 мe? . . . .

---

addit pro vera accipere et alteram identidem in modum fasciae scriptam (Fol. Cb. col. II. l. 23) писць би хотeль пити. — In l. 13 indicatum Invitatorium est: Г(оспод)оу ижe прити хощeть придѣтe поклонимь сe. — Ant. in seq. l. 14 — 17 conformis est evang. textui (cf. Miss. a. 1483.); idem erat probabiliter originarius textus croatico-glagol. formulae Salutationis angelicae ubi здрава legitur loco радоуи сe; милость loco благодѣть; probab. благословлeна abbrev. est. — L. 14 habet lig. пр; l. 17. вж, l. 18 тв, l. 19 tandem пр. Psalmus ibidem indic. est XXVI. Dnus illuminatio mea. — In l. 20 incipit nova quaedam lectio.

Quod argumentum textus nostri fragmenti attinet, universim dicendum, id esse satis obvium; continet enim, sicut supra innuimus Officia Adventus, quae fere iisdem partibus constant sicut et Officia praesentis temporis; variantes ad summum in ordine invenies.

Nihilominus adsunt quaedam pauca discrepantia, quibus nec in l. brev. Verbenic. simile quid reperitur, proinde novum sint argumentum superioris aetatis nostri textus; de his autem inferius.

Textus *Fol. Ab col. I.* l. 1.—11. desumptus est ex Isaia c. V. a dimidio v. 6.— dimidium v. 7; subsequens Responsorium quod ad primam partem desumptum ex Ep. Paul. ad Gal. IV. 4.—5: utrumque invenitur in Brev. Verbenic. Feria IV. infra IV. hebdom. Adventus. Altera vero pars Responsorii etiam in nostris ocurrit brev. "Sic. ex gr" in 2. Respon. II. Noct. Dominicae III. Adv. legitur: Prope est ut veniat tempus eius, et dies eius non *elongabutur*.

A linea 19. incipit altera Lectio desumpta ex Jerem. XXXII. 37.—42.,* quae protrahitur per totam columnam II., saltem quod attinet partem conservatam. Pericopa nostra sequitur Vulgatam, quae hic non nihil a textu graeco discrepat. In brev. Verb. I., invenitur ultimo loco ante Vigiliam Nativitatis immediate post praelaudatam Lect. ex Isaia.

Fol. *Ba col. I.* a l. 1—5 continet Responsorium ad Lect. Matutini. In brev. Verb. I. legitur simile Resp. (in alterâ parte dissonum) 2. loco inter tria posita post ultimum Resp. Dominicae II. Adv. Idem Resp. (prima eius pars) legitur nunc feria IV. infra I. hebdom. Adv: Rex noster adveniet Christus, quem Joannes predicavit agnum esse venturum. Reliqua eiusdem columnae exhibent quinque Antiphonas ad Laudes Dom. 2. Adv; et quidem I. Ecce in nubibus coeli: Dominus veniet cum potestate magna. (Ps. Dominus regnavit) 2. Urbs fortitudinis nostrae Sion, Salvator ponetur in ea murus et antemurale: aperite portas quia nobiscum Deus, alleluia. (Ps. Confitemini) 3. Ecce apparebit Dnus, et non mentietur: Si moram fecerit, expecta eum, quia veniet, et non tardabit, alleluia. (Ps. Deus Deus meus). 4. Montes et coles cantabunt coram Deo laudem et omnia ligna silvarum plaudent manibus . . . alleluia. In altera columna eiusdem fol. prosequitur Antiph. 5. Ecce Dnus

* Antiquiora brev. Glag. more nostror. Fragm. in lectionibus Adventus mox de uno mox de alio libro propfetico assumunt pericopas; (inter alia brev. Verben. I. Nov. I.)

noster cum virtute veniet et illuminabit oculos sèrvorum suorum, alleluia. (Ps. Laudate Dnum.)

L. 4—8. est Capitulum: Fratres: Quaecunque scripta sunt ad nostram *doctrinam* scripta sunt: ut per patientiam, et consolationem Scripturarum spem habeamus.

L. 9. Vox clamantis (in deserto parate viam Domini). Antiph. Na prêstolê (l.n10.) non concordat nec cum brev. Verb. I., quod habet Antiph., quae etiam in hod. brev. invenitur (Joannes autem cum audisset.); cuius originale legitur in VII. Respons. I. Dom. Adv. Super solium David et super regnum eius sedebit in aeternum. L. 13 ad finem col. est Oratio, quam habemus etiam in hodiernis brev. et quidem: Excita, Domine, corda nostra ad praeparandas Unigeniti tui vias: ut per eius adventum purificatis tibi mentibus servire mereamur.

Fol. Bb. col. I.

L. 1. Hymnus indicatur: Creator alme siderum, et Vers. Rorate coeli. Ant. Beata es, Maria, quae credidisti Domino: perficientur in te, quae dicta sunt tibi a Domino, alleluia, legitur in brev. Verb. I. in II. Resp. Dom. III. Adv. Orationi (l. 7.—12.) invenitur simillima in brev. Verb. I. Feria IV. Quatuor temporum, quae ita se habet: Подажд', м(о)л(и)м те вс(е)могн бе да изб(а)вителя н(а)ш(е)го градоущи праздник' и настоещаго живота помощ' н(а)м' принесет', и вѣчнаго б(ла)ж(е)н'ствиѣ дари щедрит'.

L. 13. Invitatorio Цѣсарь нашь приде invenitur simile in I. brev. Verbenic. in Dom. IV. Adv. Се придет' црь * тьцѣм' противоу спаситедю нашемоу.

L. 14. Hymnus indicatus voce В нощи (Nocte surgentes?) non invenitur in I. brev. Verb., ubi omnium feriarum Hymni dicuntur, ut I. Dom. Adv. — Antiphona гь защи(титель) est ex Feria II. Dominus defensor vitae meae. L. 15 Ѷ изиде est desumptus ex Isaiâ XI. Egredietur virga de radice Jesse, et flos de radice eius ascendet. L. 17. Antiph. Б(ла)ж(е)на еси est nota Ant. Beata es virgo Maria, quae credidisti, inferius adhuc citanda. — L. 18. Cap. desumptum ex Malachia III; 1. — L. 25 Hymnus indicatus forte est En clara vox redarguit., qui tamen in I. Brev. Verb. incipit verbis: Гл(а)сь свѣтл' с н(е)б(е)се звьнит'.

Fol. B. b. II.

L. 1. ℣. гласъ est supracitatus: Vox clamantis. L. 2. Ant. Съ небесе concordat cum Ant., quae ponitur in hod. brev. ad Benedictus Fer. II. infra Dom. II Adv; eadem in I. Brev. Verb. in fine sic variat: и в роуцѣ его ц(а)рство и чьст'. et quidem sine alleluia in fine.

L. 5—14 continent orationem, cuius originale nulibi potui invenire; R. P. Ivančić, gen. procurator III. Ordinis Illyrici, perlustravit omnes Vatic. bil. codices saec. XI.—XV., verum nec is textum huic similem invenire potuit. Breviaria communiter (etiam I. Verbenic.) pro diebus ferialibus adhibent orationem Dominicae praecedentis et quidem tum ad Laudes tum ad Vesperas; textus vero noster non tantum diebus Dom., sed etiam ferialibus proprias ponit tum pro Laud. tum pro Vesp. Versio eiusdem posset vel sic concipi: Praecinge quaesumus Domine Deus noster, lumbos mentis nostrae divina virtute tuâ firmiter, ut venturo Salvatore Hristo filio tuo digni inveniamur dapum vitae aeternae, et dona coelestia ab ipso percipere mereamur.

L. 15. Ant. Съ небесе пр(идеть) probabiliter eadem ac supracitata ad Laudes.

L. 17. Capitulum iterum discordat; textum eius orig. exhibet I. brev. Verben. aeque ac. brev. hodierna in II. Responsorio Sabbati Quatuor Temp. infra Dom. III. Adv., quod sic habet: Radix Jesse, qui exurget judicare Gentes, in eum Gentes sperabunt. L. 21. iam supra citatus Rorate coeli. L. 22. Ant. ad Magnificat concordat cum I. brev. Verb. et nostris eodem loco: Ecce veniet Rex Dominus terrae, et ipse auferet iugum captivitatis nostrae. Sequenti vero orationi nullam silmilem brev. glag. continent.

De foliis Ca, I, II et Db, I, II post ea quae in Notis scripsi nihil videtur addendum; eaedem partes sunt quas novissimo loco non sine ullo labore legere potui.

Fol. Cb. col. I.

L. 1—3 finis cuiusdam ignotae Orationis. L. 6. Invitatorium supra citatum; item Hymnus. L. 7. Antiph. indicata est III. Feriae Ut non delinquam in lingua mea. L. 29. Capit. desumptum est ex Malach. IV. (5.—6.) Ecce ego mittam vobis Eliam prophetam, antequam veniat dies Dni magnus et horribilis. Et convertet cor patrum

ad filios, et cor filiorum ad patres corum. L. 18. Ant. Super te Jerusalem orietur Dnus, et gloria ejus in te videbitur, eadem est ac in Brev. Verb. I. Feria III. infra Hebdom. II. Adv. L. 20. citatur Oratio Dominicae praeced: Excita Domine corda nostra. L. 21. Ant. in Vesp. eadem est ac supra ad Benedictus. L. 23. Capitul. supra cit. Feriae II; Ant. vero ad Magnif. non concordat. cum brev. I. Verb. Similem legimus huic in eod. brev. Feriae V. ad Benedictus: Tu es qui venturus es? quem *expectavimus*, ut salvum facias populum tuum.

Fol. Cb. II.

L. 2. iam supra citata Oratio ignota. L. 3. Invit. et Hymnus ut supra. Ant. Fer. IV. Avertit Dnus captivitatem plebis suae. De seq. Ant. Cap. iam supra diximus. Ant. ad Magnif. (L. 9.) eadem paucis mutatis est quae in brev. Verb. I. ponitur pro Feria V. Qui post me veniet, ante me factus est, cuius non sum dignus calceamenta *solvere*.Orationem sequentem nulibi inveni.

L. 13. Ant. eadem ac in Laudibus ad Benedictus et quidem hic recte scribitur. Capit. ibidem dubium remanet. L. 15. Ant. haec in brev. Verb. I. ponitur Feria III. eiusdem hebdomadae, cuius textus conformis est saepe saepius repetito: Vox clamantis. L. 18—22. Oratio, cuius originalem invenire non potui. Quoad primam partem similis est ceteris de Adventu, altera vero prorsus dissimilis, et prout iacet non dat rectum sensum. Post: »Excita quaesumus Dne potentiam tuam et veni, ut quae ecclesiae tuae promisisti« probabilius stabat ДАЖЕ loco ДАЖДЬ ita ut absolvendum fuerit: usque in finem saeculi propitius perfice. Vel si ДАЖДЬ recte stat, in fine verbi СЬТВОРИ omissum est ТИ, ita ut sensus esset: Fac usque in finem saeculi propitius perfici; prior tamen textus videtur magis obvius.

L. 23. est quoddam postscriptum amanuensis. L. 25. Invitat. ut supra. Ant. Feriae IV. Domine Deus in adjutorium meum intende.

Da I.

L. 1.—13. Est pars Lectionis de Homilia Gregorii Papae, quae legitur in brev. Verb. I. Dom. II. Adv. in III. Nocturno: . . . Nos praedicamus Christum crucifixum, Iudaeis quidem scandalum, Gentibus autem stultitiam. Stultum quippe hominibus visum est, ut pro hominibus auctor vitae moreretur: et inde contra eum homo

scandalum sumpsit, unde ei amplius debitor fieri debuit. Nam tanto Deus ab hominibus dignius bonorandus est, quanto pro hominibus et indigna suscepit. Responsorium et sq. ℣. in brev. Verb. I. legitur in III. Noct. sed in Dom. III.: Ecce radix Jesse *descendet* (cum hod. brev.) in salutem populorum, ipsum Gentes deprecacuntur; et erit nomen eius gloriosum. Dabit ei Dnus sedem David patris eius, et regnabit in domo Jacob in eternum.

Da II.

Columna haec continet Antiphonas III. Dom. Adv. ad Laudes incipiendo a IIa; et quidem l. 1—3. secundam: Jerusalem gaude gaudio magno, quia veniet tibi Salvator, alleluia. Tertiam l. 5—6. Dabo in Siom salutem, et in Jerusalem gloriam meam, alle. L. 7—11. quartam: Montes et omnes colles humiliabuntur: et erunt prava in directa, et aspera in vias planas. Quae tamen in I. brev. Verb. sic. terminatur: »veni Domine et noli tardare« sicut et in brev. hodierno. L. 12—15. Juste et pie vivamus (brev. Verb. I. addit: *in hoc saeculo*) expectantes beatam spem, et adventum Domini. Capit. l. 17—19. (I Cor. IV.) Fratres sic non existimet homo ut ministros Christi et dispensatores mysteriorum Dei, legitur in Dom. IV. Adv. ad Laudes. Post notum iam Hymnum et ℣. l. 22. Ant. Joannes cum adisset in vinculis opera Christi etc., quae in I. brev. Verb. legitur ad Benedictus Dom. II. Adventus. — Remanet ut pauca de Fol. Db dicamus. L. 2—5. (col. I.) est Oratio quae in brev. Verb. I. invenitur in Dom. III. Adv., quaeque sic se habet. Aurem tuam, quaesumus Dne, precibus nostris accomoda: et mentis nostrae tenebras gratiâ tuae visitationis illustra. Huic orationi alteri videtur subiuncta nescio cui originali respondens. In eadem adhuc columna habentur vestigia Antiph. ad Vesperas. item et Capituli In alterâ autem incipit officium Feriae II., post Orationem quae praecedentibus Vesperis videtur pertinere, quaeque saltem aliquatenus conformis videtur cum ea, quae nunc legitur in missali Fer. IV. Quatuor temporum: Спѣши, молимь те ги, не кьсни: и помоћь вишьнее сили намь подаждь: да оутѣшениемь пришьствиѣ твоего подькрѣпеть се, иже на твою милость оупьвають (Mis. Parčić).

Ex quibus omnibus concludi liceat, Fragmenta nostra continere officia II. et III. Hebdomadis Adventus licet omnia propriis locis assignari nequeant tum ob manca Fragmenta ipsa eorumque lagunas, tum ob defectum originalis textus.

II.

Lingua nostri fragmenti in genere nihil specialis praesefert, ilque diversi ab eis, quae ex monumentis glagoliticis recensionis roaticae alias novimus; tamen intra angustos fragmenti limites nam alteramve proprietatem liceat notasse.

Pro semivocali, pro qua indiscriminatim adhibetur ъ (Ꙟ, Ꙟ) (I) vel etiam apostrophus ('), nula vocalis secundaria nec a nec occurrit, quae circumstantia fragmenta haec primae parti saec. III. adiudicat, utpote quae iisdem cum fragmentis Vindobonenibus tantum est communis; in aliis autem fragmentis, ut in praeatione vidimus, iam secundariae a vel e inveniuntur.*

Ex gr. сь (cum), кь (ad) мьзди, жьзлъ, одьждити, сьлжет' ъчноуть, съдѣ, с'храню, с'грѣшоу, стьзи, (п)лътъ, пршъстиѣ, а нъ (in eum).

Dictam semivocalem tam in mediis vocibus, quam in desientiis alias scribit, ut modo vidimus, alias omittit: в немъ, в диниѣ, взлюблена, взбоуди, свршена, сп(а)сомъ, с невесе, творитъ, всѣмь, всею, к нимь, агнц, встанеть, впиющаго, иѣетъ, в тебѣ; в нощ, воет се, о них, покладает се, прѣд гѣноу, подѣом, минт. Semel tantum, in quantum textum leere potui, inveni superflue scriptum in всъпоютъ (Ba I, 20.), et oc fortasse est lapsus calami pro въспоютъ.

Uti supra diximus pro semivocali nulla habita ratione ethyologiae utrumque signum adhibet ъ et ь, nec non ' formae seicircularis. Sic e gr: мьзди et пришъстиѣ; жьзлъ et плътъ; идетъ et просвѣтить; трьпѣ et тръпѣти; чедомъ, облаком'; c.

Quod si numerum unius cuiusque classis attendamus, litera in 133 et amplius, ь in 80, apostrophus denique in 22 casibus venitur.

Praeter rectum usum literae ѣ (завѣть, стѣноу, врѣме, ѣстолѣ, привѣсь, пождѣмь, просвѣтит', сѣдѣти, тебѣ, ѣъ; etc) scribit eandem:

a) pro vocali i; et quidem: г(осподев)ѣ Bb. I, 4; достоинѣ . II, 10; цркве Bb I, 22; Cb II, 20; росѣте Bb I, 2; II, 21; II, 24; творѣте Cb II, 17; бл(агосло)вѣте Da II, 12; хвалѣте II, 3; Da II, 16.

* Cf. *V. Jagić* Glagolitica II. pag. 28—29.

b) pro vocali e: сьдѣ Bb II, 24: Cb II, 2; E contra pro vocali ê, literam adhibet є: завєщаю Ab II, 7; достоєнь Cb II, 11, достоєньстви Bb II, 12. хотєль Cb II, 23.

Haec omnia cum locali influxui vivae linguae adscribi debeant simul indicium nobis praebent originem fragmentorum non alibi quaerendam quam ubi modo reperiuntur, nempe in aliquo ex castellis insulae Veglensis.* Eodem pronunciandi modo procul dubio explicari debet: таєнъ pro таинъ.

Omisso rhinesimo recte semper utitur vicario є pro ѧ (ѩ) et оу (ю) pro ѫ (ѭ) лєдинѣ, врѣмє, чєдомъ, нєоумалєт сє, (от)стоупєть, грєдоуши, (г)ладкиє, боєт сє, настоєщаго, єзиком, всъпоютъ, впиющаго etc.

Semel tantum ex dialecto scribit прнѣти Bb II, 13. In eodem textu, ubi fragmentum nostrum habet єзиком Da I, 2, in brev. Verbenic. I iam legitur ѣзиком (Fol 13. b col. I.)

Vocalis u semel vices gerit consonantis в: Оуторн Cb. I, 5.

Quod dicitur r, l *sonans*, scribitur: тръпѣти, трьпѣ, тръпѣниємъ, свршєна, плътъ, испл[нєниє], хлъ[ми]; sed et omisso ь[ъ]: цркви, Bb I, 22; творцъ Da I, 5; сьлжєт' Ba I, 15;

Contractionis vocalium exemplum saepius occurrit in придє, придєть, прити; прѣпаши (l. прѣпоиаши) Bb II, 5; de formis contractis inferius sermo recurret.

Vicariae consonantes št, žd regulariter inveniuntur et quidem: завѣщаю, придоуща, грєдоуци, настоєщаго, просвѣщєниє etc, даждъ; litera ꙉ (ПР) bis tantum occurrit in: анꙉєла Bb I, 19 анꙉєлъ ibid. 24;

Ex *formis nominalibus* specialem mentionem meretur non contracta forma acc. pl правая Da II. 9;** cuiusmodi tamen alterum exemplum non adest, sed formae omnino contractae: настоєщаго, придоущим, бєзоханним б(о)жих; excipe gen. s. f. pronom.

Subst. синь habet gen. сина sec. o paradigma. (Bb I l. 8)

Forma acc. propria conservata est in: (боу)доу нимъ в б(ог)ъ Ab II, 2; посла с(и)нъ свои Ab I, 14; non autem in Bb I, 19: шлю анꙉ(є)ла моєго.

* Cf. *Iv. Milčetić: Čakavština Kvarnerskih otoka.* pag. 103. (Rad. CXXI. 1895.)

** Cf. *V. Jagić* Glagolitica II. pag. 29.

Voc. subst. господь г(оспод)е per analog. ad рабе legitur Ba II, 13; item Db II, 6.

Substantiva отрць, стьѕа habent acc. pl. о(ть)ци, Cb, I, 15; стьзи Cb. II, 17 analogice ad рабꙑ, ржкꙑ;

Partic. гредоуци (праздникь) Bb I, 8 secundum reliquos casus prodiit. Mentionem meretur forma бивъ (acc. loco бивъшь) in Ab, II 15: посла с(и)нъ свои . . . бивъ; brev. I. Verb. iam habet биваюца (под заколом').

Ex *verbalibus* primo loco adduco notam illam 3 pers. sing. aor. биси Da I, 4; ч(лов'ѣ)комъ (в)идѣно биси . . . non in abbreviatura sed plenis vocalibus scriptum.

Porro 3. pers. sing. praes. приде иже по мнѣ приде Cb. I, 13, ubi defectus τοῦ. ть forte explicari potest ex eo, quod dicta vox in fine lineae invenitur et sic ex defectu spatii mutilata est.

1. Pers. pl. imperativi не забоудѣмо Db II, 22 in hoc tantum postscripto occurit estque evidenter forma l. vernaculae.

Forma заповѣдѣ Ab I. 3 origine perfecti in verbo simplici cum significatione praesenti, hic utpote verbi perfectivi denotat futurum: ἐντελοῦμαι.

Lexicali ex parte adduci merentur praeter: скьндель (сканъдалъ, сканъдѣлъ), баловаине, съпасъ, nomina feriarum hebdomadae: понедѣли, оутори, чет(в)ртн, пети, quae in brev. Verbenic. I. etiam sic sonant: п(о)н(е)д(ѣ)л(ьни)к', оуторкь, ч(е)тртьк', п(е)тк'.

Nomenclatura singularum Officii partium, ut vidimus, seriem nominum ostendit e lingua latina paucis mutatis acceptorum, uti sunt: Вит(ато)рии f. = Invitatorium. — Верьшь m. = Versus — Імна f. = Hymnus — Капитоуль m. = Capitulum — Матоутина f. = Laudes Matutinae — Орацнѣ f. = Oratio — Решпонь m. = Responsorium. Qui mos etiam in posterioribus monumentis etiam typis impressis (brev. Brozićii) perdurat. Adsunt quidem etiam aliqua nomina ex latino translata ut Ютрьна, Вечерьна; generalis tamen praxis vertendi superius allatam nomenclaturam non nisi a saec. XVII. invaluit.

III.

Palaeographicum tandem momentum ceteris praestare puto. Uti ex adiectis tabulis videre licet, fere in singulis literis remansit vestigium aliquod originariae characterum formae *orbicularis.*

Universim dici potest formam literarum similem esse missalis Kukuljevićii.[1])

In specie autem de singulis characteribus haec videntur notanda:

a) in vocalibus. Litera Ⰰ maiuscula licet stipites laterales paulo longiores habeat, tamen eos in aequale cum stipite principali non producit. (ut ex gr. brev. Verbenic. I.).[2])

Lit Ⰵ uno tantum apice in medio invenitur secata, qui tamen nunquam omittitur.

Glagoliticum Ⰻ (и) ostendit formam similem omnimo angulari и in fragm. Vindob; idem maiusculum (Fol. Da II 22) efficiunt duo triangula sese invicem cacuminibus penetrantia[3]) . I alterius formae Ⰹ (і) in maiusculis tantum occurrit et quidem 13 (una vice ligatum cum Ⰿ); i praecedentis formae 5 vicibus.

Uti supra mentionem fecimus, pro semivocali utitur fragmentum nostrum tribus signis Ⱜ, ı,'; quorum primum alias simile est *primo* in tab. miss. Kuk.[4]), alias circularis apex ex sinistro latere exiens paulo superius remanet, *semel tantum* et quidem in Fol. *D b. col.* II. lin. 19 in voce ⰳⱁⰴ (господъ) correspondet *secundo* exemplari eiusdem literae in tab. miss. Kuk[5]. Alterum signum ı (ь) altitudini ceterorum characterum non adaequatur, sed in inferiori parte paulum deficit.

Forma apostrophi circularis est; una alterave vice conspicitur supra literam uti punctum.

Lit. Ⱑ simillima est in fragm. Pragens. ex. II.; stipiti verticali nempe exhibet adiunctos duos circ. apices, quorum superior maior esse solet inferiore, qui productus secat stipitem. In litera Ⱑ altera pars a tergo adiuncta omnino minor est praecedente, quod in codicibus posterioribus in Ⱑ maiuscula tantum conspici solet.

---

[1]) Cf. *V. Jagić, Gradja za glagolsku paleografiju.* (Tabula I, 6) Rad II. 1868. [2]) Cf. Tab. II. l. 4 sup.

[3]) Cf. *L. Geitler* l. c. utrumque fragmentum minoris inscriptionis Baškae.

[4]) Cf. *V. Jagić, Gradja.* [5]) Casus in Bb, II. 8 dubius remanet.

b) *in consonantibus.* In lit. ⱎ nil speciale notandum est, nisi quod inferior horizontalis linea (miss. Kuk.) non omnimo recta est, potius ad superiora vergens.

Antiquioris formae vestigia manifestius ostendunt literae ⰿ et ⱑ; et quidem ⰿ potissimum inferiori, ⱑ in superiori parte, quae licet acuta, tamen ambo stipites fere eiusdem altitudinis ostendit.

Lit. ⰱ eiusdem formae est ac in miss. Kuk. vel in Psalt Sinaitico, nisi quod circularis apex a dextris adiunctus in nostro fragmento superiori parte acutus est.[1]

Perpendiculares stipites lit. ⱅ non protrahuntur ad totam lineae altitudinem, sed potius ex superiori parte sese tenent; eius tamen superiores apices convergentes supra lineam eminent. Similiter etiam lit. ⰿ antiquam formam aliquatenus retinet, cuius nempe perpendiculares apices tranverso stipiti adiuncti totam lineae altitudinem non assequuntur, sed e superiori lineae parte sese tenent. Fere aecque ac in eo casu, quando litera haec alteri superimponitur.[2]

Tres verticales stipites lit. ⱋ aequali altitudine sunt et omnino paralleli. Circularis apex tertii stipitis pertingit sinistrorsum ad secundum tantum; duo priores videntur supra coniuncti, sed res incerta remanet, quia uterque locus, ubi lit. haec occurrit, minus clarus est.

Lit. ⰸ semper typum posteriorem ostendit, aecque ac miss. Kuk.; constat enim una continua trifariam fracta, vel potius una recta immediate coniuncta cum altera curva, absque ullo apice vel puncto adiacente.

ⱅ et ⰿ ostendunt consuetum typum »croaticum«; eundem characterem praesefert etiam ligatura ⰾⱑ, ⰾⱅ transformatis circularibus apicibus *τοῦ* ⰾ alterius formae in quadrangulares.

Stipes literae ⱃ (ⱃ) aliquantulum sinistrorsum inclinatus secatur in medio a producto apice circulari; item in basi eiusdem stipitis conspicitur parva linea. In litera ⱂ autem nullum vestigium videtur lineollae medio stipiti adiungi solitae.

[1]) Cf. Tab. II. l. 6 et 7.

[2]) Cf. Tab. I. l. 5 supra.

Basis *τοῦ* ꙋ modo quadrangularis est modo triangulo appropinquat[1]); in Ⱎ, Ⱋ omnino quadrangularis: apertura lit. Ⰲ modo convergens modo aperta magisque hians.

Ex ligaturis autem forte ⰀⰕ, ⰒⰒⰒ tantum sunt quae constanter recurrant; ⰡⰕ, ⰓⰁ, ⰒⰒ licet saepius colligentur tamen patiuntur exceptiones. In utraque columna Fol. Cb. numerantur 31 ligaturae; in brev. Verbenic. I. in una columna (ca 33 lin.) tantundem; in Noviano II. (l. 35.) iam 45. Licet ergo fragmentum nostrum in hoc sensu morem sequatur croatico-glagol. monumentorum, usus ligandi literas, si comparatur cum ceteris (posterioribus), potest dici sobrius. Silentio praeterire nolo, quod de usu cinnabaris antiquioribus codicibus proprio memorat cl. prof. Jagić;[2]) idem enim etiam in nostro fragmento observare licet, nempe literas atramento scriptas cinnabari tantummodo obductas esse, non vero eodem simpliciter depictas, ut ex gr. iam in brev. Verbenic. I. Litera initialis ⰒⰒ Fol. Ba prorsus eadem est ac in phototyp. tab. miss. Kukuljevićii[3]); ⰒⰒ in Fol. Cb. huic similis: ambo in mentem revocant initiales ex antiquissimis codicibus characteris semicircularis; superscriptio ⰈⰁ ⰕⰂ ⰈⰀ (Bb. I.) binis literis trifariam divisa similem titulum П Я Ц (ПРОФЯЦИЯ) in fragm. Vindob. videtur imitari.

[1]) Cf. Tab. I. l 1 et 2; 3 et 5. [2]) Cf. Glagolitica II pag. 43.
[3]) Cf. L. Geitler l. c.

Appendix.

Elenchus Ecclesiarum

Dioecesis Veglensis (cui modo adiunctae sunt olim separatae dioeceses Absorensis et Arbensis), quae gaudent privilegio linguae palaeoslavicae in s. Liturgia.

Usum linguae palaeoslavicae habent omnes ecclesiae et capellae in ambitu teritorii parochialis vel curatialis:

a) In Decanatu Veglensi: Roljicae (Poljica) numerus sacerdotum: 1.; *Pontis* (Punat) n. s. 2.; *Monte* (Vrh) n. s. 1.; *S. Fuscae* (Sv. Fuska) n. s. 1.[1])

b) In Decanatu Verbenicensi: Bescae (Baška) num. sac. 2.; *Bescae Veteris* (Stara Baška) n. s. 2.; *Vallis Bescae* (Draga) n. s. 1. *Verbenici* (Vrbnik) n. s. 3.

c) In Decanatu Castromusculensi: Castromusculi (Omišalj) n. s. 2.; *Dobrini* (Dobrinj) n. s. 3.; *Dubašnicae* (Dubašnica) n. s. 2.; *Miholjice* n. s. 1.

d) In Decanatu Auxerensi: S. Jacobi (Sv. Jakov.) num. sac. 1.; *S. Ioanis* (Štivan) n. s. 1.; *Belej* n. s. 1.; *Promontorii Crucis* (Puntakriža) n. s. 1.; *Unije* (Onije) n. s. 1.; *Ustrine* n. s. 0.; *Vallis S. Martini* (Martinšćica) n. s. 1.

e) In Decanatu Crepsensi: Capisuli (Beli, Caisole) n. s. 2.; *Lubenicae* (Lubenice n. s. 1.; *Vallon* (Valun) n. s. 1.; *Dragozetići* (Dragozići) n. s. 1.; *Orlec* n. s. 1.; *Vranae* (Vrana) n. s. 0.; *Predošćica* (Predol-Šćica) n. s. 1.

f) In Decanatu Lussinensi: S. Petrus a Nimbis (Sv. Petar, Ilovik) num. sac. 1.; *Sansigus* (Susak) n. s. 1.; *Ćunski* n. s. 1.

g) In Provicariatu Arbensi: Neoparum (Lopar) num. sac. 1.; *Novaljae* (insula Pag) n. s. 2.; *Lonus* (Lun, ins. Pag) n. s. 1.;

[1]) Huc adnumerari debent ecclesiae conventuales *III. Ordinis Illyrici s. Francisci de Poenitentia.* Et quidem *Veglae* cum 3 sac; In *Capite Insulae* (Glavotok) cum 2. sac; ad *S. Mariam Magdal.* 2. sac, *Viari* et *Vallis S, Martini* (Martinšćica) 1 sac.; residentia apud S. Joseph *Lussini maioris* cum 2 sacerdotibus.

Barbati (Barbat) *Barguli* (Banjol) n. s. 1.; *Mundanei* (Mundanije) n. s. 1.; *Vallis S. Petri* (Supetarska, Draga) n. s. 1.; *Camporae* (Kampora) n. s. 1.

In ecclesiis paroch. *Lussini* minoris et maioris, in Collegiatis *Crepsensi* nec non in *Arbensi* in missarum solemniis Epistola et Evangelium lingua palaeoslavica cani solent.[1]) Dioecesis Segniensis (cum adiuncta Modrušensi) tota quanta gaudet eodem privilegio (num. sac. 218.)[2])

Elenchus ecclesiarum glagoliticarum in dioec. Tergestina, Pirano-Polensi, Jadertina, Spalatensi nondum exstat.

[1]) Cf. Acta et Decreta Primae Synodi Veglensis. MDCDI; et »Status« Personalis et Dioecesis Veglensis 1903.

[2]) Schematismus cleri dioecesium Segniensis et Modrušensis seu Corbaviensis a. 1903.

			Errata:	Corrige:
Pag.	11,	12	inf. (обꙋ)	(оꙋв)
»	12	3	ⱅⱐⰸⱎⱅⱜ	ⱅⱐⰸⱋⱜ
»	13	11	покльает	покладает
»	14	2	ⱃⱐⰱⰸⱁⰲⰿⰶⰿⰸⰿ’	ⱃⱐⰱⰸⱁⰲⰿⰶⰿⰸⰿ’
»	15	8	deest	(над҄ѣю)
»	27	17	врнющаго	впиющаго
»	29	5	Пече	Рече

Tabulae

ab originali paululum diminutae.

(ca. $^2/_3$)

Fol. Cb I. Pars super.



Fol. Cb II. Pars infer.



Argumentum.

Introductio. Ocasio et finis publicandi Glagolitica (pag. 1—2).

Praefatio (pag 3—7).

Auctorita liturgic. libror. croatico-glagoliticorum (pag. 3); tabulae (pag. 3—4); monum. scripta (pag. 4—5); post digressionem ab eisdem (pag. 5) novissima redintegratio dictorum librorum (pag. 69); character monumentorum saec. XII. et XIII. (pag. 6—7).

Fragmentum Verbenicense (pag. 7—48).

Exterior forma (pag. 7.), argumentum, aetas nec non auctoritas (pag. 8—9); textus cum notis et analysi (pag. 8—42); eiusdem lingua et orthographia (pag. 43—45); proprietates palaeographicae (pag. 46—48).

Appendix. Elenchus ecclesiarum glagoliticarum (pag. 49—50)

Errata corrige (pag. 50).

Tabulae.

Excerptum Ex Statutis Academiae Palaeoslavicae Veglensis:

§. IV. Socii sunt:

1. *ad honorem*, quos gen. congregatio nominat.

2. *fundatores* i. e. ii, qui Academiae 300 Cor. dono dedere.

3. *auxiliarii*, i. e. ii, qui semel 100 Cor. intulerunt; socii auxiliarii possunt esse etiam personae morales seu iuridicae.

4. *ordinarii*, i. e. ii, qui annuatim 5 Cor. solvunt.

Sociis »*Glagolitica*« distribuuntur gratis; extraneis annuo pretio 4 Cor. austr.: singuli vero fasciculi pretio ipsis assignato.

Redactio et administratio »*Glagoliticorum*« invenitur *Veglae* (Veglia, Autriche), quo etiam pretium et literae mittenda sunt.

Redactio.

Sumptibus Academiae Palaeoslavicae Veglensis.
Typis »Kuryktae« typographiae Veglensis.

LSlav.C
V1337rec

Vajs, Josef 650028
Recensio croatico-glagolitici
fragmenti verbenicensis.

University of Toronto
Library

DO NOT
REMOVE
THE
CARD
FROM
THIS
POCKET

Acme Library Card Pocket
LOWE-MARTIN CO. LIMITED

UTL AT DOWNSVIEW
D RANGE BAY SHLF POS ITEM C
39 12 16 01 14 010 5